

Matth. 19.
Ioan. 7.
Marc. 10.
Luc. 11.

valde magna, & præclara fecit, dixit, & docuit, ut referunt D. Matthæus à cap. 19 n. 7. D. Ioannes à cap. 7. num. 14. D. Marcus 19. n. 1. & Lucas à cap. 11. quæ à dicto cap. 11. & deinceps, quæ per ferè triginta capita sunt à nobis explicandâ. Ipsa autem dispositio, & connexio capitum seriem gestorum Christi indicabit.



CAPVT I.

Defenduntur Discipuli à Christo de non lotis manibus.

Matth. 15. n. 1. Tunc accedunt ab eum Ierofolymis Scribæ, & Pharisei dicentes.
Num. 2. Quare Discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum? non enim lauant manus, cum panem manducant.

VERSIONES.

Syriacus n. 1. Tunc adierunt Ieschua Perischæi, & Scribæ.
Biblia Vetus, Transgrediuntur traditiones.
Caletanus, Traditionem maiorum nostrorum.
Græcus, Traditionem maiorum nostrorum.
Hebraicum. Non enim abluunt manus, cum cibum sumunt.

ALTER TEXTVS.

Marci 7. n. 1. Et conueniunt ad eum Pharisei, & quidam de Scribis venientes ab Ierofolymis.
Num. 2. Et cum vidissent quosdam ex discipulis eius communibus manibus, id est non lotis, manducare panes, vituperauerunt.
Num. 3. Pharisei enim, & omnes Iudæi, nisi crebro lauerint manus, non manducant, tenentes traditionem seniorum.
Num. 4. Et à foro, nisi baptizentur, non comedunt; & alia multa sunt, quæ tradita sunt illis seruare: baptismum, & aramentorum, & leætorum.
Num. 5. Et interrogabant eum Pharisei, & Scribæ: Qua-

re discipuli tui non ambulat iuxta traditionem seniorum, sed communibus manibus manducant panem?

EXPOSITIO I.



V M Christus Dominus versaretur in terra Genesar, quæ est inter Capharnaum, & Bethsaidam, in qua de sacratissima Eucharistia habuit concionem. Tunc, quando tot, tantisque miraculis fulgebat, sanabat enim omnes languidos eorum, veniunt ab Ierofolymis, quæ distabat à Capharnaum leucis quasi triginta sex, ut testatur Abulensis q. 3. Pharisei, & Scribæ tam longi itineris molestias aspicientes, ut Christum arguant, & accusent. Pharisei, & Scribæ, Legis doctores, & qui alios opinione religionis, & scientiæ præcellabant: nam, ut docet D. Chrysostomus homil. 52. in Matth. Theophylactus, Euthymius, licet per totam terram Iudæorum dispersi essent Pharisei, & Scribæ, id est Legis doctores, Luc. 5. num. 17. tamen in Ierusalem utpote Metropoli, in qua erat templum, & cultus Dei, ibi erant famosiores Scribæ, & Pharisei, ut ait Abulensis citata q. 3. Vnde inquit D. Remigius, & S. Thomas, quod ex tribus aggrauatur malitia horum calumniatorum. Primò. Ex tempore. Quia quando Christus faciebat signa, & miracula pietatis, ipsi faciebant signa iniquitatis. Secundò. Ex loco sancto, quia venerant ex Ierusalem. Tertio. Ex conditione personarum, quia de magnis venerunt Scribæ, qui erant magis literati, & Pharisei, qui reputantur magis sancti.

Quare discipuli tui. Ut scribit D. Marcus citatus, ex his, quæ viderunt Pharisei, accusationis ansam arripiunt, Cum vidissent, ait Euangelista, quosdam ex discipulis eius communibus manibus, id est non lotis, manducare, vituperauerunt. Criminant discipulos, & tacite Magistrum, ut eos exosos redderent populo, sibi persuadentes, quod facti non possent proferre rationem. Traditionem, præceptum intelligunt, veluti per manus traditum; seniorum, hoc est maiorum nostrorum: proponunt enim huiusmodi lotiones de manibus lotis, ut ceis, &c. quamvis enim constitissent noxæ, & vanæ, à vetustate volunt illis auctoritatem conciliare. Sic sæpe res inutilis intentat antiquitate solum aliis præminere. Cum panem manducant. Pharisæi Hebraici, id est cibum sumunt, ut aduertit Carthusianus, sub pane, principali cibo, cæteros intelligunt.

QUESTIO I.

Quare hic Euangelista ponit particulam, Tunc, denotans tempus?

IN fine antecedentis cap. 14. scribit D. Matthæus, quomodo Christus versabatur in terra

I.

Abulens.

D. Chrysof. Theophyl. Euthym.

Luc. 5.

Abulens. D. Remig. D. Thom.

2.

Ab antiquitate volunt auctoritatem comparare.

Carthuf.

3.

Matth. 14.

Abulens.

4.

Ioan. 7.

Vbiq; impetit homo à malignantium furor.

5.

D. Chrysof.

Malignitas nulla evidenti, vel beneficio scicitur.

Matth. 9.

Ioan. 9.

Ioan. 11.

6.

Iniqui ex beneficiis eliciunt occasiones peccandi.

7.

Genes. 6.

Homo, unde debet fieri debitor, fit præuicator.

Seraph.

terra Genesar, in qua valde mirabiliter omnes ægrotos sanabat, & rogabant eum, ut vel sabbatam vestimenti eius tangerent; Et quicumque tetigerunt, salui facti sunt. Nunc vero exorsus cap. 15. ait, Tunc accesserunt. Illa enim particula Tunc continuationem historiarum denotat, ut ait Abulensis cap. 15. q. 2. Ad elucidationem eorum, quæ scribuntur, solent Euangelistæ tales annotationes temporum ponere.

Secundò. Audita Ioannis morte secessit Iesus trans mare Galilææ, quod est Tyberiadis, Herodis, ac Iudæorum furori cedens, ut dixi tom. 3. c. 33. Nam, ut scribit Ioannes 7. n. 1. Ambulabat Iesus in Galilæa, non enim volebat ambulare in Iudæa, quia volebant eum Iudæi interficere. Et tamen ad eum in Genesar veniunt Scribæ, & Pharisei, eum arguentes, ut contra ipsum accusationem tetendant. Quamvis sæpe aliorum furori cedere velit, à loco discedere, & in remotum se recipere, nullibi valet malignantium iram declinare, sed vbiq; ab illa impetit, ac insectatur.

Tertio. D. Chrysostomus homil. 52. sic ait. Tunc, inquit, quando scilicet innumera signa operatus est, quando tactu solummodo sabbatam multos curauit ægrotos: propterea enim Euangelista notauit tempus, ut magnam eorum malitiam ostenderet. Denotatur tempus, quod tunc scilicet Pharisei, ac Scribæ facti Christi volebant denigrare, quando ipse innumeris miraculis, magnique donis fulgebat. Valde præpotens est malignitas, ac hominum odium, nulli cedit, nulla operum euidentia quiescit, ac flectitur, sed semper obstinata persistit. Sic eieçto Demonio muto clamant turbæ: Nunquam apparuit sic in Israël, Matth. 9. n. 33. Pharisei verò dicunt: In principe demoniorum eieçit demonia. Cum vidissent Pharisei cæcum à natiuitate sanatum, dicebant: Non est homo à Deo, qui Sabbatum non custodit, Ioan. 9. num. 16. Quando Christus resuscitauit Lazarum quatuoriduanum, quod maximum miraculum reputabatur, in Concilio Pontificum statutum est, ut Christus occideretur, quia multa signa faciebat, Ioan. 11. num. 47.

Quarto. Tam pertinax est peccatorum iniquitas, ut Dei dona, ac beneficia conuertant in nequitiam, ac ex ipsis beneficiis eliciant mala, ac occasiones conueniendi, & conspirandi contra Deum; ut faciunt Pharisei, qui, cum tanta in Christo signa viderent, inde insolentiores facti, ad eum arguendum cum Scribis vniuntur.

Cum cœpissent multiplicari homines super terram, acceperunt filij Dei filias hominum ex omnibus, quas elegerant, Gen. 6. num. 1. Facit Scriptura mentionem grauitatis, ac multiplicatis peccatorum hominum, qui prout volebant, secundum suam sensualitatem absque consideratione accipiebant vxores. Sed ad quid commemorat hominum multiplicationem? quod in valde numerosam progeniem humana natura dilatata sit? Cum cœpissent homines multiplicari? Ut inde maximè exprimat grauitas culpæ illorum hominum peccantium. Generis humani multiplicatio, peculiare Dei beneficium; & tanta erat illorum hominum iniquitas, ut, ex ipso dono, vnde debitor fieri debuit, peccandi contra Deum arripiens ansam, præuicator euaserit. Seraph. Porrectus. Conci. 1. Quando maximum fiebat à Deo beneficium hominibus, puta multiplicatio illorum super terram; & consequenter quando pro gratiarum actione, peccatis relictis propter Deum, debuerant virtutibus Syleira in Euang. Tom. IV.

tibus abundare; tunc maximè ipsi homines peccata multiplicare cœperunt.

Erat autem terra labij vnius. Dixeruntque, faciamus nobis ciuitatem, & turrim, cuius culmen pertingat vsque ad Cælum, Gen. 11. num. 4. Pro humana societate, pro humanisque negotiis, pro omniumque vnitatem, ac concordiam magnum Dei donum erat, quod terra esset labij vnius, eiusdemque sermonis. Ex tanto Dei beneficio num ad gratiarum actiones currunt homines? minimè sanè contra auctorem tantorum bonorum volunt insurgere, eique inferre bellum parant. Deprauati animi est, accepta beneficia in malum vsum conuertere, donisque peiorem fieri, ex iisque malum elicere. Idem auctor Seraphus citato loco. Ex unitate sermonum, ait, quod beneficium Dei magnum est, homines superbiam desumpserunt, utpote secundum hominem ambulantes, non secundum spiritum occasionem inde contra rationem, & Dei benefactoris, & ipsius beneficii, sumserunt erigendi caput per superbiam, tum in Cælum, tum super omnem terram.

Genes. 11.

Mens deprauata accepta beneficia conuertit in malum vsum. Seraphus.

QUESTIO II.

De hac traditione lauandi manus, cum cibus sumebatur.



ON multum ante aduentum Christi, ut testatur Maldonatus, editus est liber Hebraicus, vbi huiusmodi traditiones, & præcepta ad seruandam accurate legem, præscripta erant. Nunc quæstio est inter nostros doctores: An hæc traditio abluendi manus, esset tantum ante cibum, vel etiam inter manducandum?

Prima sententia est Chrysostomi homil. 52. in Matth. Theophylacti, Euthymij, Paschasij, Dyonysij, Carthusiani, Abulensis q. 14. Lyrani, traditionem fuisse, ante cibum manus esse abluendas, ac proinde non fuisse de hac re præceptum, sed quamdam decentiæ, & honestatis admonitionem, ut ait Lyranus. Proindeq; arguendi occasio exitit Phariseis, quod viderint Christi Discipulos manducare absque vlla manu ablutione. Sic scribit D. Marcus. Quare Discipuli tui non ambulat iuxta traditionem seniorum, sed communibus manibus, id est, non lotis, manducant panem?

Secunda sententia docet, præfatam traditionem non esse abluendi manus ante cibum, nam hoc ciuilitate, ac frequenter fit ab hominibus; sed manus ipsas abluere frequenter inter manducandum. Pro hac sententia sunt D. Petrus Chryzologus serm. 171 vbi ait, quod Dominus non remouebat à suis Discipulis illam communem honestatem ante mensam abluendi manus. Præsertim cum Dominus ipse arguat Simonem, inuitatus ad mensam: Aquam pedibus meis non dedisti. Sed reprobatur superstitiosa Iudæorum baptismata. Idem habet D. Remigius in Catena D. Thomæ, Cardinalis Caietanus hic: Non est, ait, quæstio de lotionem manuum ex decentia hominibus solita, qua solent homines ante prandium, vel anto seniorum, quæ erat crebra, scilicet quod ter, aut quater eodem prandio lauant manus. Idem docet Iansenius. Vnde, ait, notandum, quod non dicunt Pharisei, & Scribæ, non lauant Discipuli manus suas antequam panem manducant, sed cum panem manducant. Eidem sententiæ subscribit Maldonatus in præfenti.

Maldonatus. Quæstionem esset hæc traditio.

Chrysof. Theophil. Euthymius. Paschasius. Carthusianus. Dyonysius. Abulensis. Lyranus.

D. Marcus.

11.

Chryzolog.

D. Remigius, Caietanus.

Iansenius.

Maldonatus.

12. Vtraque sententia conciliari potest. Ac proinde dicendum, quod Iudæi, & præcipue Pharisei, qui aliis Religione præstantiores haberi volebant utpote vani, & insipientes, totam suam sanctitatem in externa lotione constituentes, frequenter, tam ante mensam, quam inter manducationem manus lauabant, ut colligitur hic ex textu Marci adducto. *Pharisei, & omnes Iudæi, nisi crebro lauerint manus, non manducant.* Et quamuis Græcus legat: *nisi studiosè lauerint*: tamen lectio nostræ vulgatæ præferenda est, & multiplicem lotionem, ante mensam, & in ipsa mensa, indicat. Et confirmatur, quia in nuptiis Cana Galilææ, ait Ioannes 2. num. 6. *Erant ibi lapidee hydræ sex posite secundum purificationem Iudæorum.* Et vnaquæque hydra magnam continebat aquæ quantitatem, ut ibi explicauit in expositione tom. 1. cap. 1. num. 93. Tanta autem aquarum copia erat, non solum ad abluendas manus ante cibum, sed etiam in mensa. Vnde Helio-gabalus Imperator, ut testatur Lampridius, ad singula fercula manus lauabat. Erat etiam aqua illa ad abluenda vasa, calices, & paropsides, è quibus bibe-bant, & comedebant, ut aperte hic ait D. Marcus.

13. Hæc autem traditio, seu consuetudo introducta est, ut obseruant Maldonatus, Lucas Burgensis, Cornelius à Lapide, nam in veteri lege sanctum erat à Deo, ut Iudæi abstinerent à contactu mortifi-cij, scilicet cadaueris mortui, auium rapacium, & immundarum; similiter menstruatæ, leprosi, ac mul-tarum aliarum rerum: si quis autem aliquo casu hæc tangeret, immundus, ac irregularis censebatur, ei-que non licebat ingredi in Templum, nisi prius lotionem, Lege præscripta, purgaretur, Leuitici 11. n. 41. & Numer. 19. n. 22. His excitabantur crassi, ac rudes Iudæi ad interiorum spirituales animi munda-tiorem faciendâ per contritionem, & penitentiâ.

14. Ipsi autem Iudæi, utpote insipientes, ac terrenis rebus inhærentes, tantum de externa lotionem erant solliciti. Vnde traditione maiorum pro Legis obseruantia tot manuum lotionem fuisse institutâ Sed miseri, dum de obseruantia Legis cogitant, ipsam Legem violant, ut obseruauit D. Chrysostomus in Matth. homil. 52. & post ipsum Carthusianus, Hugo, & alij. Præcipiebat enim Deus Deuter. 4. n. 2. *Non adderis ad verbum, quod ego vobis loquor, nec auferetis ex eo. Custodie mandata, quæ ego præcipio vobis.* Et tamen ipsi, ut ait Chrysostomus, *plura noua manderunt.* Sic sæpe faciunt hypocritæ, ac vani legum obseruatores, qui dum volunt esse nimij in eius custodia, legem ipsam violant, contemnunt, ac frangunt.

Deinde hos Iudæos recte pungit D. Hierony-mus in Commentario. *Manus, id est opera, non cor-poris vtiq; sed anima lauande sunt, ut fiat in illis verbum Dei.* Quid est, sancte Doctor, quod dicis, manus esse abluendas, ut fiat verbum Dei? Verbum non fit manibus, sed potius mente, & ore. Recte ait sanctus Doctor: Lauandæ sunt manus, non corporis, ut faciunt Iudæi; sed animæ, ut faciunt Iusti, ut fiat in illis verbum Dei. Cum enim anima lauatur à peccato, purificaturque ab omni labe inquinamenti, tunc in illa fit verbum Dei, tuncque ipsa adimplet Dei legem, illique satisfacit, ipsamque Dei legem valet intelligere, ac explicare. *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini: qui seruantur testimonia eius, Pl. 118. n. 1.* Maxime verborum ordo ponderandus est, non enim ait, qui scrutantur testimonia Domini, beati immaculati in via; sed prius dixit hoc secundum quæ enim vitæ puritatem, ac sanctitatem tenent, hi valent scrutari, percipere, ac intelligere Dei testimonia. Eleganter

D. Ambrosius in prædictum Psal. concione 1. in initio. *Quam pulcher ordo, quam plenus doctrine, & gratia; non prius, qui scrutantur testimonia eius, dixit (potuit enim conuenire secundum litteram) sed potius, Beati immaculati in via; ante enim vita, quam doctrina querenda est. Primo ergo exercenda est vitæ militiæ, corrigendi mores. Et cum hæc instituerimus ad cursum debitum, tunc ad studia percipiendæ cognitionis veniamus suo ordine, & via.* Vide multa tom. 1. & 2. ac 3. Verbo, Prædicator.

QUESTIO III.

Quare Discipuli manus non lauabant, cum panem manducarent?

RESPONDEO Primò. Quod Christus Do-minus supremus Legislato, veteri Legi, maximèque eius vanis traditionibus finem imponens, suos volens ad animi sanctitatem, ac puritatem inducere, noluit talia seruare, ne huiusmodi lotionem Discipulis suis præscribere, ac per-mittere videretur; ab initio enim signorum suorum eas veluti exclusit: nam in nuptiis in Cana Galilææ Ioan. 2. num. 6. cum ibi essent sex hy-dræ posite secundum purificationem Iudæo-rum, eas mandat aqua impleri, quam in vinum conuertit, tanquam materiam talis noxæ purifi-cationis, ac traditionis excludens, & remouens.

Secundò. D. Chrysostomus homil. 52. in Matth. Consideratione dignum est, ait, *cur illis manibus Discipuli manducarent; cuius rei gratia sic comedebant? non studiosè, atque data certe opera, sed neces-sariis apprime attendentes, superflua, & inutilia facile spernebant.* Apostoli charitate accensi, toti in salutem animarum intenti, solum necessariis vte-bantur, superflua omittentes.

Tertiò. Iudæi, cum panem manducabant, fre-quenter lauacris utebantur: cuius rei rationem nobis inculcat D. Zeno serm. 13. de Iudæis. *Sane hoc solum, ait, retinent Iudæi proprium, quod ut vilem libidinem magis, ac magis augeant, vilioribus se lauacris omni momento baptizant, Deo semper ingrati.* Iudæi, utpote Deo semper ingrati, tot aquarum lotionibus occupabantur, tum ob externam appa-rentiam de qua erant maximè solliciti; tum etiam quia ad delectationem, & libidinem voluptatum inseruiebant; & denique quia in iis eorum, utpote iniquorum, miserrima, ac instabilis condi-tio, in perpetuo fluxu versans, designabatur. E-contra verò Apostoli, tanquam semper Deo maxi-mè grati, huiusmodi externa lauacra, ac libi-dinum fomenta respuebant; de interna sanctitate, ac munditie tantum peragentes, qua Deo placere studebant, & in qua consistere, ac persistere toto animi nixu incumbabant.

Adueniente partu peperit Rebecca duos filios, & ait Scriptura: *Qui prior egressus, rufus erat, & totus in morem pellis hispidus, vocatumque est no-men eius Esau: propterea alter egrediens tenebat plantam fratris manu, & idcirco appellauit eum Iacob, Genes. 25.* Maxime ponderandum: Cur facer textus in Esau exprimit colorem vultus: *Rufus erat:* seu ut habent septuaginta: *rufus:* capillorum etiam dispositionem declarat: *In morem pellis hispidus.* At vero in Iacob, nec de vul-tu, nec colore, nec capillis aliquid simile insi-nuat, sed solum quod tenebat plantam fratris manu. Quænam huius tanti discriminis ratio? Scriptura

D. Ambros.

16.

Christus im-posuit finem vanis tradi-tionibus Iu-dæorum.

Ioan. 2.

17.

D. Chrysof.

18.

D. Zeno.

19.

Genes. 25.

Septuaginta.

Esau de ex-ternis, Iacob de interna virtute agit.

Scriptura vtriusque qualitates iuxta vniuersiuf-que ingenium describit. Esau, utpote malus, ac iniquus, de externa superficie, ac apparentia, co-lore, & capillis pertractabat. At Iacob, ut iustus, & sanctus, nil de his curabat, sed tantum de in-terna animi virtute erat sollicitus, cuius fortitudi-nem, constantiam, ac perseverantiam facer Textus insinuat, quod plantam fratris, quam in vtero se-mel apprehendit, egrediens non omisit, sed adhuc tenebat.

20. Vnde dicitur: *Quod factus est Esau vir gnarus venandi, & homo agricola; Iacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis, Genes. 25. num. 27.* Esau, ut deprauatus, de externis agebat, arte scilicet venandi, & agricultura. Iacob autem, ut iustus, & simplex, in internis commorabat. D. Gregorius 5. moral. cap. 7. *Esau, ait, agricola esse describitur, quia amatores huius seculi tanto magis exteriora colunt, quanto interiora sua inculta derelinquunt. Iacob habitabat in tabernaculis. In domo habitare, est se intra mentis secreta restringere, & nequaquam exterioribus per desideria dissipare, ne dum ad multa foris inhiant, à semetipsis alienati, cogitationibus recedant.*

21. Quartò. Non lauant Apostoli manus, cum panem manducant, ut faciunt frequenter gentes, saltem ante mensam: huiusmodi lauacra inseruiebant superstitioni, ac malitiæ Iudæicæ; & quæ nequitia inseruiunt, valde suspecta sunt viris iustis, ut ab illis omnino caueant, eaque omnino abolere, ac extinguere intendant.

22. Ex auro fabricauit Aaron vitulum, quem filij Israel adorauerunt in deserto. *Quem cum Moyses de monte descendens vidisset. Arripiensq; vitulum, quem fecerunt, combussit, & contriuit usque ad puluerem, Exod. 32. num. 20.* Nonne fat erat, vituli formam extirpare, ac expungere? Cur ita in ipsum aurum lauit, ut illum in puluerem redigat? Quid deliquerat aurum, ut in cineres conuertatur? Aurum illud idoli materia, idololatriæque fomentum extiterat. Viris autem iustis adeo sunt execranda, & exosa, quæ peccato inseruiunt, cum eoque fuere cõ-iuncta; ab illisque sic recedunt, ut ea omnino pe-rimere, ac eradicare omni affectu studeant. D. Am-brosius epi. st. ad Romulum. *Moyses, ait, comminuit vituli caput, atque in puluerem redegit, ut omnia impietatis aboleret vestigia.* Vide Occasio, Peccatû.

Ambros.

QUESTIO IV.

Quare Scribæ, & Pharisei Discipulos arguunt de non lotis manibus?

23. **M**VLTVM de sua scientia Scribæ, & Pha-risei præsumentes ad Christum acce-dunt, dicentes: *Quare Discipuli tui non lauunt manus, &c.* Sed quomodo scientia in tan-tam superbiam proferuntur homines? Ait Apo-stolus 1. Corinth. 8. num. 1. *Scientia inflat.* Valde mirum, quod scientia, quæ est Dei donum, quæ il-luminat intellectum, dat cogitationem, bonum vt amplectamur, malumque fugiamus, in superbiam, valde odibile vitium nos inducat. Vis intelligere Apostoli dictum: *Scientia inflat?* Scilicet pauca sapientia inflat; nam multa scientia humiliat, ac deprimit; in charitateque fundata multum ædi-ficat. Ad quæstionem

24. Primò. Apostolos, omni virtute, ac probitate Sylueira in Euang. Tom. IV.

præclaros, de non lotis manibus arguunt Scribæ, & Pharisei. Sic sæpe contingit, ut qui omni spur-citia, ac turpitudine coinquinati, (ut hi Pharisei, & Scribæ) existunt, in probos, ac iustos insurgant: nam apud impios, probum esse, crimen est. D. Cy-prianus lib. 2. Epist. 2. ad Donatum. *In publico, ait, multi accusatores, in occulto rei; in semetipsos cen-sores pariter, & nocentes.* Et post pauca subdit. *Esse inter nocentes innoxium, crimen est. Malos quisquis non imitatur, offendit. Quis illic rerum pudor? Quæ esse possit integritas, ubi qui damnant improbos, soli sibi, qui damnantur, occurrunt? Sic ostenditur, quam monstruosa sit res, iniquos iudices in alijs punire vitia, quibus ipsi insciunt.* Mirum etenim est, quod na-nus in alios extendant ad vindicanda crimina, qua in se proximis habebant, ut pleberent. Vnde pulchre notauit Saluianus lib. 1. de Prouidentia, quod, ut Moyles populum Israeliticum à blasphemiam crimine cohiberet, in lege decreuit, quod vnuer-sus populus blasphemum lapidibus obuerberet: fle-ri enim nequibat, ut blasphemus quisquis eorum existens blasphemum lapidaret. Sic ait Saluianus. *Exemplo ad cunctorum emendationem proficiente, ut ne quis postea admitteret, quod omnis in uno populus vindicasset.*

Crimen est apud impro-bos, probum esse. D. Cyprian.

Valde exo-sum, quod quis in alijs damnet cri-men, quo insci-tur.

Saluian.

25.

Secundò. Discipulorum vita, pura, & sancta erat, omnicarens vitio; & cum in ea nil haberent Pharisei, quod arguerent; à malis, & noxis tradi-tionibus non obleruatis quærent argumentum, ut sanctos Discipulos valeant criminari. Ex quo magna eorum laus declaratur, quod tam inculpat-us erat eorum viuendi modus, ut non haberent aliud, quod obicerent. *Locuta est Maria, & Aa-ron contra Moysen, propter uxorem eius Ethyopi-can, Numer. 12. num. 1.* Detrahentes Moyli ad uxorem eius conuertunt sermonem, opponen-tes, quod esset ex Æthiopia, ut voluit Iosephus, & Eusebius; vel ex Madian, ut alij contendunt. Sed quorsum, cum Moysen calumniantur, ad vxoris patriam sermonem deflectunt? Fratrum obmurmuratio probitatem, ac sanctitatem indi-cat Moysi, quod, cum in eo malevolentia non haberet, quid corroderet, aliunde detrahendi ma-teriam scrutatur. Theodoretus ibi. *Integritatem, ait, legislatoris confirmat fratrum proteruitia, nempe, cum alia carerent accusacione, vxoris probum ob-iccerunt.*

Nath. 12.

Ioseph. Euseb.

Tua integri-tas declara-tur, dum ma-levolentia ali-unde querit de-trahendi ma-teriam. Theodor.

26.

Tertiò. Pharisei arguunt Apostolos, quod non lauant manus: quod sanè magna est eorum laus, & sublimitas. Nulla enim potest esse maior com-mendatio, quam ab iniquis condemnari, ac crimi-nari: nesciunt enim impij abominari, nisi præ-clara, & excelsa. Ait Pharao Moysi, ut in Ægypto boum, & auium sacrificia Deo offerat. Respon-det Moyses: *Abominationes Ægyptiorum immola-bimus Domino Deo nostro? Exod. 8. num. 26.* Pecudum sacrificia, quæ Deo offerre parabat, abomi-nationes Ægyptiorum dicit. Summè Deum dili-gebat; quomodo ergo de his, quæ sunt in abomi-nationem apud Ægyptios, Deo præparat obfe-qua? Valde pretiosa declarantur ipsa sacrificia, cum in abominationem dicantur esse apud Ægy-ptios: magna approbatio rei est, ab iniquis re-probatio, eorumque abominatio, valde præexcelsa gloria est. D. Ambrosius tom. 1. Epist. ad Lanua-rium, in Exodum. *Oderant ergo, ait, Ægyptij im-maculata sacrificia, id est, perfecta virtutum, & plena disciplina. Quod ergo vitiosus oderant, hoc apud bonos sincerum, & piuum est. Opus virtutis detestatur luxu-riosis bellus, refugit Ægyptius.*

Exod. 18.

Ab iniquis reprobari, magna laus.

Ambros.